



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

B. Torrellus C. 16. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

176 VITÆ SANCTORUM. 16. *Mari.*
greditur, & primò mirari, deinde nuta-
re, tum cedere, demum manus dare
Mariam cogit. quid multis? ad colum-
baria Eremi reducit. Quid ibi, ais, co-
lumba captar? nempe gemuit. *Ex vits PP.*

*Deus ob ineffabilem misericordiam, Cru-
cem propter nos sustinuit; cur non & nos er-
ga proximus justissimus, & agnoscentes es-
t ut membranofra, & eripientes ex Diaboli
faucibus in viam virtutis reducamus?*
S. Chrys. in Gen. hom. 3.

B. TORRELLUS C. 16. *Marij.*

PEttum videre te alterum puta, cum
TORRELLUM vides. Nam &
hic forte fortunā gallum in humeros in-
volantem, tertioque cantante audīvit,
flevit, resipuit, & ex Veneris, cui melio-
rem ætatem devoverat, mancipio cæli
delicium factus, quidquid pauculis annis
in urbe peccavit, LX. omnino annis
inter silvas damnavit. In his civium illi
frequentia arbores, tectum cælum, vestis
seorsum porci corium, arma, quibus in-
se utebatur, catena ferrea, deliciæ panis
& fons, cubile terra, plumæ sarmienta,
cervical lapis fuere. Sic quoque non nisi
tres horas somno, reliquum omne
noctis lacrimis transcripsit, tunc et
iam credo à gallo expergefactus. Vene-
ris flamas vel veribus suffocavit,
vel gelidâ extinxit. Sportulam lautam
unctam-

16. Mart. VITÆ SANCTORUM. 177
unctamque cùm Papiensis Comes in
Bacchanalia submisisset, hospiti eam ser-
vaturum se promisit; is ursus fuit, qui è
manu Divi cœnavit, dignissimus Bac-
chanalibus hospes. Atque huic prædam
cùm lubens volens concessit, sed non pe-
rinde lupo puerum. Eripuit enim hunc,
pœnatque lupis omnibus illic moranti-
bus exilium indixit. Atque hoc est, eur-
exuli Senensi (cui redditum in patriam im-
petravit cælo jam reteptus) cùm Divi ef-
figiem penes se habere hic percuperet, vi-
fendum se cùm lupo gremium premente
præbuerit. Porrò TORRELLUS mori-
turus Angelum habuit monitorem. Scio
habere eum tu quoque percuperes. Et ve-
rò nisi aures claudis, hodie habes. Ex
Ferrar. & Chron. Min.

Væ tibi, qui post lapsum fortior em ten-
bis exhibes! Ut quid tam rigidus es in tuam
ipsius perniciem? Inclinare potius, ut me-
lius erigaris, & ne prohibeas frangi, quod
distortum est, ut possit melius solidari. Quid
indignaris increpanti gallo? tibi potius in-
dignare. S. Bern. in F. SS. Pet. & Pauli.

S. HERIBERTUS EP. 16. Martij-

S Plendorem D. HERIBERTI, quo si-
ve in aulâ Otton. Imp. III. sive Pon-
tificatu deinde Coloniensi conspicuum
orbi se fecit, indicavit ingens, quæ ma-
trem parientem lux ambivit. Illustriorem

M.

fece-